



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Aegrotantis precatio. v.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

qui exterius flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam: ita ut laus tua non recedat de ore meo. Misere mei Domine, misere mei: & adiuua me, sicut tu nosti, quod mihi necesse est, in corpore & in anima. Scis omnia, potes omnia: qui vivis in secula. Amen.

Alia, pro obtinenda Patientia, in Morbo, seu alia Afflictione

Clementissime Redemptor, qui semper es misericors, semper es servator. siue tristitia nobis immittis, siue letia. Magna enim misericordia est, dum per externas afflictiones, perq; temporarias molestias preparas nos ad sempiterna gaudia: quandoquidem hanc ad veram felicitatem viam ipse nobis tuis praeignasti vestigiis, da ut hunc calicem velut abs te porrectum patienter & obedienter ebibam. Si visum est addere doloribus: adde & Patientia donum. Tibi subiecta est anima mea, quoniam abs te patientia mea: quia tu Deus meus, servator meus & adiutor meus: Deus auxilij mei, & spes mea in te est. Tibi gloria in secula. Amen.

CAPVT

IIII.

Eraf.

1. Pet. 2.

Psal. 61.

Ægrotantis Precatio.

OMnipotens & misericors Deus, qui per aegritudines corporales nos nostra admones mortalitatis, renocans ad penitentiam. Ad te clamo ex toto corde meo: ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Misere mei Domine, quoniam infirmus sum: saluum me fac propter misericordiam tuam. Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac & saluus ero: quoniam laus mea in es. Tu vulneras & mederis: percussis & manus tue sanant. Tu occidis & vivificas: deducis ad inferos & reducis. Proinde si haec infirmitas non est ad mortem: fer opem

CAP. V.

Psal. 6.

Ierem. 17.

Iob 5.

Tob. 13.

b 3

fer opem

Ioannis. 11.
Psal. 40.
Psal. 39.

Tob. 3.
Psal. 30.

fer opem super lecto doloris mei. Placeat tibi Domine ut eruas me: Dñe ad adiuvandum me respice. Si autē expedit tibi iam mori magis quam vivere: fac mecum secundum voluntatem tuam: & præcipe in pace recipi spiritum meum: quem in manus tuas comendo. Qui vivis & regnas Deus, in secula seculorum. Amen.

In Mortis periculo, Precatio.

CAPVT
VI.
Eras.

Domine Iesu Christe, unica salus viventium, aeterna vita morientium: tua sanctissima voluntati me totum submitto, tradoque: siue hanc animam in huius corporis sculi domicilio diutius commorari placeat ad tibi feruendum, siue ex hoc seculo demigrare velis: certus, non posse perire, quod tua misericordia commissum est. Carnem hanc fragilem ac miseram a quo deponam animo, videlicet spe Resurrectionis: qua mihi illam reddet multo felicior. Animam quoque ut aduersus omnia tentamenta tua gratia corroboret: contraque omnes Satanae assultus cinge me scuto tuae Misericordiae: qua olim martyres tuos aduersus horrendos cruciatus, ac mortis crudelissimos, inuictos reddidisti. Video quam nihil in me sit praesidii: in tua inenarrabili Bonitate tota est fiducia mea. Nihil habeo meritorum, quod allegem apud te: malorum heu nimis multum video: sed per tuam iustitiam confido me in numero iustorum censendum. Tu mihi natus es, mihi sitiisti, mihi esuristi, mihi docuisti, mihi orasti, mihi ieiunasti: mihi tantum bonorum operum in hac vita peregisti: mihi tam acerba passus es, mihi in cruce pretiosam animam tradidisti. Pro sint mihi nunc, quae sponte donasti. Tuus sanguis abluit maculas criminum meorum: tua iustitia regat iniustitiam meam: tua Merita me supremo iudici commendent. Ingrauescente malo, adauge gratiam tuam: ne vacillet

in me